





Fore-edge and spine of the book.

386

Gilermann, Fried.

Lehrbuch des Personalaus
der Rechtsk. [unclear]

1591.



44166481



13
247

zyp Dec.

S E R V I T U T E S
P E R S O N A L E S E T R E A-
les secundum sua principaliora re-
quisita disputan-
das

Praeside

M. FRIDERICO TILE-
manno VVitebergensi, privatim
proponebat

Andreas Schultze
VVolgastensis Pom.

Ad 15, Cal. Ian. hora 6 lo-
co consuetis.



A N N O M. D. XCI.

380|44|66481(0)




A 7 1 M 0 32 22 2

228.

I T E R N I A

AD ANDREAM PRÆ TORIVM POMERANVM.



Rgo quod egregium specimen virtutis
Et artis,
Das, docte ANDREA, gratulor
auspiciis.

Et quid SERVITIVM, quantumq; REALIS recedat
A PERSONALI reddere promptus obis.

RUSTICA quod Ius sit nonnunquā in PRÆDIA nobis
URBANASq; DOMOS, quicquid Et hisce subest.
Quidve VSUSFRUCTVS, Quibus acquiratur honeste,
Et FINE mattingat, pandereritē vales.

Catera quid referam? quanta hac doctrinarecessio
Contineat, juris sedula turba docet.

Te quod in his primum vires tentare latentes
Cœpisti ingenii, laus aliquota manet.

Et quanquam penitus tibi non licet omnia noſſe,
Attamen in magnis sit voluisse satis.

Non est quod quisquam ſpaciosa volumina Iuris,
Se primis annis dicere posse putet,
Aſiduum ſtudium Et ſummus labor adſit oportet,
Acquiri ſi quid debeat inde boni.

Nec tamen hic illas perfecta culmen adibit
Noticia Iuris sudet ut ipse licet.
Hoc nobis lapsu primi meruere parentes,
Durabitq; poli sidera donec erunt.
Interea quantum recti conceditur usus,
Nos nostrum impigrè munus obire decet.
Omnib. haud Themidos divina oracula nosse
Concessum est, procul hinc otia quisq; amat.
Otia deliciis imbutis congrua, justi
Quos studio abducunt, impediuntq; malis,
Ast quos instigat calcar virtutis honestum
Nil non tentandum, lubr. c^a namq; via est.
P^ERGE bonis avibus, cœptis Deus annuet aquis.
Sic columnen patriæ, & gloria patris eris.

Johannes Slagicus Sedinensis
Pomeranus.



D^r

DE SERVITVTIBVS.

229.

I.



Erum dominio servitutem privative opponimus, idque per similitudinem quandam, Et translationem à miserabili servorum conditione desumtam.

D d. in l. 1. ecd. Donel. lib. 9. commenut. iur. ciuit. cap. 21. Vulteu lib. 1. iuruprud. Roman. 63. addel. qui uti go. de V. S. l. 1. § fin. de. usucap.

II.

Quo sensu servitus intelligitur ius in re alij constitutum, ius domini minuens, alterius augendi causa, ut cogatur dominus aut quid non facere in suo, aut alterum faciente pati, quatenus commoda utensis requirunt.

6 1. Inst. de reb. corp. l. 5. Si usus fr. pet. l. in re 26. de servit. russ. pred l. quotiens 19. de servit. l. 5. § & belle de nou. op. nunc. l. quid aliud 89. de U. S. Caiac. lib. 9. abs. 37. Forner. lib. 2. selectio 28.

III.

Estque duplex quædam personarum, alia rerum quæ in prædio constituta debetur prædio.

l. 1. eod. l. non solum s. s. tale ff. dc liber leg. l. Caus 12. ff. de ann. legat. Gomez. tom. 2. var. resol. 15. Capol. de serv. urb. pred. l. 3. n. 9. Donel. l. cap. 22.

IV.

Et personæ quidem deberi intelligitur, quando aut aperta conuentio ostendit jus personæ quæsumum esse, non prædio: aut natura seruitutis consti-

A 3

tutx

ruta. Non prædiis sed personæ oportunitates intue-
tur.

l. item 9. Si sed si de usufr. l. pen de seru. leg. l. i. de usufr. leg. l. 4. de
servit. rust. præd. l. Melo. 14. q̄ fin. de alio. leg. Valerias 81. cap. 62. Donel.
1. 1. & commemb. 1.

v.

Quemadmodum contingit in fructu atque
usu, dum jus nanciscimur rebus alienis vel fruendi,
vel utendi salva rerum substantia.

l. 1. l. si aliij 42. de usufr. l. si à reo 70. q̄ i. de fideius. l. Meuins 88. q̄.
pon. de legat. 2. l. qui usumfr. 58. de verbor. oblig. l. recte 25. de V. S. Donel.
d. lib. 10. cap. 2. Comes. d. cap. 15. n. 3. Conan.lib. 4. n. memb. 3. Hottorn.
quest. illustri 24. C. lib. 3. obser. 33. Cuiac. ad l. 27. de Pactis Armes Pinel.
l. 1. p. 3. n. 1. & seqq. C. de bon mat.

v. I.

Ejusmodi servitutes constituantur factio homi-
nis, eoque vel nostro, vt pactis, stipulationibus,
dummodo patientia domini, quæ pro traditione est,
sequatur: vel alieno veluti si fructus fundi mihi ad-
dicatur, legetur.

l. 3. de usufr. l. 4. C. eod. l. in adibis 9. de donatio. l. si ergo 11. q̄ r.
de publ. in rem actio l. i. q̄ fin. de seru. rust. d. tot. tib. de usufr. leg. l. & pa-
rt. q̄ i. fam. heredit. l. si quis 6. q̄ officioff. com. dim. Donel. d. lib. 10. cap.
3. & seq. Cuiac. rr. 9. ad African. in pr.

v. II.

Vbi generaliter meminisse oportet, quod si de
persona constituentis queritur, dominus rei jure
solus hanc constituendi facultatem habet.

l. 5. si usufr. pet. l. nemo. 54. de regn. iur. Donel. d. lib. 10. cap. 3.

Ideoq;

Ideoque superficiarius, vasallus, emphyteuta,
parum recte usumfructum constituerent, nisi pratoris
tuitione, quæ sita seruitutis causa exitum obtine-ret.

l. i. quib. mod. ususfr. l. si ususfr. 9. § i. ususfr. quemadmodum. can. Paulus lib. 3. sentent. 6. § 15. l. i. § fin. de superficie. Donel. d. cap. 9. adde Clar. lib. 4. § emphyteusis. q. 21. Et secundum q. 37. Rosenthal in Synopsi feud. cap. 9. donel. 12. & seq. Borchols de feud. c. 8. n. 63. & seq.

IX.

Interdum tamen et si factum hominis non ac-
cesserit sola legis autoritate constituitur fructus,
qualis est aduentitorum bonorum, patri debitus.

§ i. Inst. per quis pers. l. cum oportet b. in pr. vers. si quia itaq. C.
de bon. qua liber Donel. lib. 9. comm. 5. Chald. in l. securato rem verb. Iefis
12. C. de integrage. restat.

X.

Porrò, non omnium rerum est ususfr. sed ea-
ram duntaxat, quæ corporales sunt, & usu non con-
sumuntur, licet utilitatis causa q. ususfr. in his quoq;
rebus, quibus abutimur, ultima voluntate constitui
possit.

1000 tit. ff. de usu. ear. l. ususfr. 69. adl. Falcid. l. ff. de ususfr. leg. Pan-
tas d. tit. 6. § 17. Porcat. in Necto. dial. 39. no. 1. n. seq. Donel. d. lib. 10.
cap. 4.

XI.

Hinc fructuarius certa interposita cautione sa-
lis dat, se fruitum boni viri arbitratu, idque eo per-
tinet, ut si postea aliter utatur ad id quod interest te-
neatur, & fructus quæsitus pereat, & abortiatur.

t. i. & tunc sit. ff. usfr. quenadma. can. l. hoc amplius 9. 6 fin. de dom. inf. l. 3. C. de aquad. lib. 11. Car. Molina ad consuet. Parisi 9 30. n. 166. caballi p. 1. milleloquij 6.

XII.

Promittit insuper se restituturum res, finito usufr. vel quas accepit eisdem, vel tantundem in pecuniae usufr.

l. 2. & 4. l. in stipulatione 9. & seqq. de usufr. ear. rer. l. 7. 6 t. usufr. quemad. 6 constitutur. Inst. de usufr. Gail. lib. 2. obs. 46. Myns. cent. 5. obs. 36. Pinel. l. 1. p. 2. n. 75. & seqq. C de bon. mat.

XIII.

De illo queritur, si cautio non interuenerit & equidem omissa condicitur, remissa ab hærede, vel proprietario fructui etiam in proprio non aduersatur, quæ sententia verior est.

l. 5. 6 si pecunia ff. de usufr. ear. rer. l. 3. 6 fin. l. si usufr. 7. usufr. quem caecat. l. 1. C. de usufr. ibid. Dd. VI Esenb. cons. 91. p. 2. Gail. lib. 2. obser. 145. Usaq. lib. 1. de testat. pot. 6 7. n. 22. & seqq.

XIV.

Quid ergo si fructuarius pauperior sit, quam ut cautionem præstet an in circulo usufr. pavabitur? non puto, sed & quius est, eum ad iuratoriam cautionem admitti.

are. Auth. generaliter, C. de Epis. & clar. adde Myns. cent. 6. obs. 48. Gail lib. 2. obs. 47.

XV.

Inde ambigitur, si & alienum de bonis deducatur uniuersum defuncti patrimonium absorberet an fructuarij damnum sit: Et hoc consequens est dicere, cum fructus legatus non debeatur.

l. fin.

l. fin. de usufr leg. l. usufructu 69, ad l. Falcid l. fin. §. Si etiam autem
C de bon. que liber. Caualcan. in tr. de usufr. mul. n. 210, & seq. Pistor. p. 1,
quest. 46.

231.

XVI.

Planè fructuarius non solum ipse quovis modo
frui ea re, verum etiam alij fruendam concedere
eam vel vendere, vel donart potest, non tamen ce-
dere, præterquam soli domino.

l. arboribus 12. § usufructuarius ff. de usufr. vide l. locare 44. locati.
l. usufr. 66. de jur. det. Dd. § fixitur. Inst. de usufr. Cœnar. lib. 1. var. reg
sol. 8. n. 7. Gomes. d. cap. 15. n. 15. Pinel. d. p. 3. n. 39. Garzia de expens. c.
60. n. 27. & seq. Ant. Corduba in l. si quis à liberis § parens. n. 60. de lib.
agnos. Sarmient. lib. 3. sel. interp. 9.

XVII.

Quod si fuerit factum, ususfr. finitur, quemad-
modum haud in dissimili per consolidationem &
totius rei interitum abegetur.

l. 5. § rei mutatione l. si tibi 17. quib. mod. usufr. l. seruitureo. 20. § ff
sublaetum ff. de servit. urb. Curt. lib. 2. Enkasop 46. Tiraq. & retratt. lig.
9. l. gl. 9. n. 60.

XVIII.

Quin imò probatum est usumfr. ciuili vel na-
turali morte de nasci, & penitus evanescere, in tan-
cum ut fructus nondum percepti indistinctim non
ad ipsius heredes sed proprietarium pertineant.

l. an usufr. 56. de usufr. l. 2. § si non l. reperi 5. l. si fructuarij 13.
quib. mod. usufr. l. licet 23. de usufr. leg. l. 8. de annu. leg. § 1. Inst. de acq.
per arrog. l. qui seu. 25. de usur. § is verò Inst. de rer. dinis. Cuiac. lib. 4. 40
feud. tit. 30 Hart. Pistor. p. 1. questio 24.

XIX.

A 3

Cetero-

Ceterum in rerum servitibus, hæc maxime
consideramus, ut prædia duo vicina, quorum unum
seruitutem debet, alteri debetur, perpetuam juris im-
positicauam habeant.

I. i. com. prædior. l. foramen 28. de seru. urb. præd. l. 5. S. 1. de seruis.
enf. præd. l. Mela 14. § sin. de alim. leg. l. exsistim. 98. de verb. oblig. Coras.
in l. servitutes, la. 4. n. 2. & 5. de seruit. Cuiac. lib. 11. obs. 3. Valla de reb.
urb. tr. 7. n. 8. & seq. Donel. lib. 11. commens. 3.

XX.

Prædia non loco sed genere & usu distingun-
eūr quæ habitandi causa construuntur urbana, quæ
fructuum colligendorum, rustica nominantur.

I. 4. § quod si f. de pen. leg. I. urbana, 198. de U. sig. ibid. Alc. dict.
Ribuff. Brach. post alios Geddes.

XXI.

Urbanorum iura vel ædium forinsecus dilatandarum nomine comparata sunt, ut: jus tigni immittendi: vel interiores ædium commoditates continent & conseruant, dum inconuenientia arcent, ut: stillicidij auertendi: dum domus compendia tueruntur ut: altius tollendi, & officiendi luminibus vici-
ni.

I. i. § 1. de rig. inom. l. tigni 62. de U. sig. ibid. Dd. l. i. de ag. pla. l. 2.
l. inter. 15. l. servitutes 20. de seru. urb. præd. l. altius 2. C. cod. & alibi pa-
fim. Dd. § aque Donel n. 12. Zaf. n. 18. Schneid. n. 51. Mada. vers. eiusdem
generis n. 5. & seq. Inst. de actio. Coras. lib. 3. miscel. 24. U. Valter lib. 2.
miscel. 4. Uultini p. 1. discip. schol. 5. Brisson. lib. 1. foliat. antiqu. 6. Des
met. lib. 10. cap. 5. Capella de ser. urb. præd.

XXII.

Rustic

732

Rusticorum sunt, iter, actus, via, &c.

8. i. de ser. rust. præd. l. 1. de adim. leg. l. 9. § fin. de monatio. l. & pos
jusjurandum 13. § 1. de accepti l. Cuiac. lib. 22. obf. 35. Hottom. lib. 2. obf.
21. Duaren. lib. 1. disp. 31. Robertus lib. 4. sentent. 5. Aut. Faber lib. 20
geniclo. 28.

XXIII.

Addē his jura piscandi in flumine alieno, et ve-
nandi, quæ inter rustica prædia computari notissima
Germaniæ consuetudo evidenter ostendit.

omnino Zaf. lib. 1. sing. intellect. 11. per tot. Modest. Pif. p. 2. sens.
18. n. 29. Zeanetz. ad l. 2. n. 193. & seq. C. de paci. imp. 201. Gail. lib. 20
obf. 66.

XXIV.

Acquiruntur partim contractibus inter vivos,
partim ultimis voluntatibus: amittuntur, confusio-
ne non uteude, interitu prædij, & alijs modis.

208. tit. quæmæd. seru. amitt. l. sicut 13. C. eod. Denel. d. lib. 11. cap. 10.
& seq.

XXV.

Ac pro vindicandis ijs competit actiones duæ
in rem ciuiles, quarum una confessoria pro servitute
contra libertatem naturalem vindicanda: altera ne-
gatoria pro libertate contra servitutem tuenda, ap-
pellatur:

toto tit. si seru. unid. Et 2. tit. si ususfr. pet. Dd. § aque. Inff. de ac-
tion. Oldendorp. clas. 3. alt. 5. Denel. lib. 11. cap. 15. & seq.

XXVI.

Vtique præter dictas actiones, interdicta pos-
sessoria noui operi nunciationem restare & conce-
di, minime dubitatur.

b. 1. §

1. i. 6 unde ff. quod legat. l. 2. 6 cum quidam ff. ne quid in loco. l. 1. 6
quod autem l. si defundo 10. ff. deus arm. l. 1. 6 ius. habet ff. de remission. v.
l. 1. 6 fin. l. qui via. 14. de oper. noui nunc. Cuiac. lib. 1. obs. 16. Hottem. lib.
2. amical. respo. 16. Vand. lib. 1. quest. 53. Duaren. lib. 2. diff. 17. Coras.
lib. 5. misce. 25. Rauard. lib. 2. vario 2.

Corollarium,


Cum pater feudum, ex pacto quod usurpatum,
assentiente domino alienat, filij feudum alienatum
revocantes non audiuntur,

Late Hart. Pistor. p. 2. quest. 13. Rosenthal. in Synop. feud. cap. 90
conclus. 29. Q 1130



380/44/66481(0)

X13<4466481000012



+ colorchecker CLASSIC

